sui vero Recognoscen. Consorti legitimae et ipsius
successoribus summam Mille florenorum polonica-
lium ratione veri dotis et expeditionis post-
ipsam accepta et in domum suam importata, nec ali-
am similem summam Mille florenorum poloni-
calium, ratione veri Justi et liquidi dotalitii in
et super tota et integra medietate bonorum suorum
generaliter omnium haereditariorum et obliga-
tariorum Mobilium et immobilium, summarumque
quarumvis pecuniariarum, nec non auri argenti
clenodiorum Unionum Margaretarum Vestium
vestimentorum, stanni aeris Cupri Orchalci, pe-
corum pecudum Equorum Equiteae, suppellectilibus
domesticis nunc habitam et in posse habendam dedit
denavit dotalitiavit inscripsit et reformavit, pot-
dat dotat dotalitiat inscribit et reformat praesentes
per ipsi nobilem Mariannam Jaworskiam sui
Recognoscen. Consortem et ipsius posteros eandem me-
dietatem bonorum suorum generaliter omnium
cum universis ipsius utilitatibus et usufructibus Compe-
tentiaque et prerogativa quavis tenendi habendi
et possidendi illisque quiete et pacifice Unfruendi
ac ad usus suos et suorum successorum quoquis
beneplacitos libere et effectualiter convertendi, ego
re ac more aliarum Reformationum hactenus
et diutius in Regno Poloniae observari solitarum

Eorundem Nechrebeckich
Coniugum mutua Aduitalitas.

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus

Castren

Castren Capitan Premislien Nobiles Joannes Nehrebecki
olim Nobilis Nicolai Nehrebecki, cum olim Nobili Ana
stasia Kozawinska procreatus filius ab una, et Nobilis
Marianna Jaworska parte ab altera Conges legitimi
sani mentibus et corporibus existens a Terris districtibus
Juribus Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs et Com
petens recedendo, Praesenti vero Castren Capitan
Premislien Jurisdictioni, quo ad actum hunc atti
net, se cum successoribus ac bonis suis generali omnibus
totali et plenarie incorporando atque subijciendo pa
lam libere publice ac per expressum recognoverunt
et quilibet illorum seorsim suo interesse reco
gnovit. Quia Ipsi et quidem Consors cum praefati
Mariti sui Uti Tutoris Coniugalis authoritate et
assistentia ac ultroneo ad infrascriptam recognoscenda Con
sensu, sibi mutuo et invicem una Pars Alteri, omnium
generali bonorum suorum haereditariorum et obligata
riorum Mobilium et Immobilium, summarumque qua
rumvis pecuniarum, nec non auri argenti clenodiorum
stanni aeris Capri Orichalci Unionum Margareta
rum Vestium Vestimentorum Equorum Equiretum
Decorum pecudum, ac totius Suppellectilis domes
ticae in quacunque forma et materia existens nunc
habitae et in post habendae, mutuam ad vitalitatem
et usumfructum ad extrema duntaxat vitae suae
tempora tantum modo et non ultra dederunt et
Concesserunt et inscripserunt, assignaverunt, pot
dant concedunt inscribunt et assignant praesentibus
tali videlicet modo quod si prius praefatum Nobilem
Joannem Nehrebecki Maritum, quam Nobilem

Marianna

513

Mariannam Jaworska Consortem suam de hac Luce
decedere contigerit, extunc Nobilis Marianna Jawor
ska Concux bona suprascripta generaliter omnia ac
res suprascriptas Morte praefati Mariti sui derelicta, cum
omni eorundem Jure dominio proprietate Competen
tiaque et progatiua quauis omnibusque et singulis eorundem
Utilitatibus et Usufructibus tenebit habebit et possidebit
illisque quiete et pacifice Utifruet ad extrema duntaxat
vitae suae tempora, post Mortem vero et de hac Luce
decessum praefatae Nobilis Consortis extunc praedicta bona
et res generaliter omnes Inscriptioni praesentis subiecta
Morte praedicti Nobilis Mariti sui derelictae, ad suc
cessores praenominati Mariti sui sine quouis impedi
mento et Contradictione successorum praedictae Consortis
suae totaliter et plenarie redibunt et deuoluentur.
Similiter quoque si prius praenominatam Nobilem
Mariannam Jaworska Consortem suam legitimam
quam Ipsam Nobilem Joannem Nehrebecki Maritum
suum Mori Contigerit. Extunc Idem Nobilis Ma
ritus bona suprascriptam generaliter omnia Morte praedicti
Consortis suae derelicta, Cum omni Eorundem Jure
proprietate Competentiaque et progatiua quauis, omnibusque
et singulis eorundem Utilitatibus et Usufructibus tenebit
habebit et possidebit illisque quiete et pacifice ad extre
ma duntaxat vitae suae tempora Utifruet post
Mortem vero Eiusdem Mariti sui extunc bona supra
scripta generaliter omnia Morte eiusdem Consortis suae
sine quouis impedimento et Contradictione successo
rum Mariti sui totaliter et plenarie, deuolui
debebant

debebunt et tenebunt, his suis presentibus personalibus
Recognitionibus ad praemissa omnia Mediantibus

Popiele Osękowskie Quietant

Comparentes personaliter coram officio et Actis presentibus
Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Nobiles Marina Kro
pewnicka, olim Nobilis Semionis Popiel Kolodrub
Consors derelicta vidua, et Basilius Popiel eiusdem
olim Nobilis Semionis Popiel Kolodrub filius Ma
ter cum filio sani mentibus et Corporibus existentes a Ter
ris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibuscunque
propriis et competentibus recedentes presentibus vero Castrensibus Capitaneatus
Premisliensis Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet
se Cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporando atque subjuvando pala
libere publice ac per expressum recognoverunt et qui
libet illorum seorsim suo Interesse recognovit. Quia
Ipsi suo et Nobilium Joannis et Stephani, Marinae, Annae
et Fennae Popielow Kolodrubow filiorum et fili
arum, fratrumque et sororum suorum, pro quorum
ratihabitione cavent ac se presentes inscribunt Nomine
Gnosos Joannem Paulum et Josephum Osękowskie
fratres inter se germanos nec non Nobiles, Jacobum
Bronski et Kosinski tum et alios tam Nobiles fa
mulos quam et subditos in processibus Causarum
specificatos, ac Causis et Actionibus Judiciariis ge
neraliter omnibus ad quodvis Judicium et officium
Regni etiam subtemporis tam expeditionis belli
cae quam etiam Interregni per Nobilem olim
Semionem

513